Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift

124

eoque cotidiana meditatione perduci ut sponte
occurrant salutaria. et uiciisque statim deside-
rata presto sint. et sine ulla mora ueniat illa
turpis honestique distinctio. Sciat nec malum
esse nisi turpe. nec bonum esse nisi honestum
ac regula opera distribuat. Ad hanc regulam
et agat cuncta et exigat. miseros mortalium iu-
dicet et quantiscumque operibus fulgebunt ue-
tri ac libidini deditos. Quotienscumque animus
inerti ocio torpet. Dicat sibi ipse. uoluntas
fragilis est. breuius fastidio obiecta quo aui-
dius hausta est citiusque in contrarium recides
cum subinde necesse est aut peniteat aut pude-
at. illa est uoluntas et homine et uiro digna
non ipse corpus nec saginare sed perturbatione
capere. et ea quem hominem inter se rixantium
ambitus concutit. et ea que ex alto intollera-
bilis uenit. hanc uoluntatem intrepidam
equalem numquam sensuram sui tedium per-
cipit. hic quem uere deformamus. Magnis